Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



figuratur modo possidet hanc dignitatem. iudeis sine lege sine rege et sine sacerdotio permanentibus. Pro pane namque et lentis edulio idest pro comodo cibi substantie ne forte locum amitterent clamauerunt iudei non habemus regem nisi cesarem. Hac enim voce negauerunt xpm. hac et sacerdotem et sacerdotium amiserunt. et qui amebant se nisi xpm crederent. et gentes et locum perere eo occiso omnia perdiderunt. Et uo Jacob idest filij ecce esurunt et sitiunt et non solum panem et lentis edulium uerum etiam omnia que possident uendentes. hac dignitatem et gramm emunt. O miseri iudei qui tanti dignitatem perdiderunt et qui omnium primogenitu fuerant alios supra se in sacerdotij dignitate stare conspiciunt. Quanto melius eis fuerat esurisse quam uasse quam ut eis male saturans diceret. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit impinguatus et dilatatus dereliquit deum factorem suum et recessit a deo salutari suo.

XXVI

Et quia aut qd orta fame sup tram ysaac abyt ad abymelech regem palestinorum. Dixitque de rebecca qd soror sua esset. Et cogitauit precepit abymelech ne quis eam tangere auderet. Fecit autem in tra illa et inuenit in ipso anno centuplum. Benedixitque ei deus et locupletatus est ualde. Ob hoc iniudentes ei palestini omnes puteos quos fodebat serui patris ei abrahe destruerunt implentes humo. In tantum ut ipse abymelech diceret recede a nobis quia potentior nobis factus es ualde. Necessitate igitur set iurgium pro puteis non quiescit donec abymelech uetens pstituit fedus cum eo. Gaudebat enim Jsaac patrem suum sapientem uirum fuisse. cui uia et exempla sequens ubi hoc consilium euadendi periculum stultum esse putat casui se committere et fortune. Si enim diuisset rebecca sua esse uxorem poterat fieri ut non occideret. Op aliud igitur dicere sua esse sororem ne suspensus staret inter utrumque. Sic enim et Abraam fecisse cognouerat sic et nos in rebus dubijs facere debemus. Soluit aut opo yseos silentio preterire rem tam memorabilem et que raro accidere soleat iudicet qd ysaac de uno modio seminis centum collegerit. Hoc enim in euangelio dns ait semen cecidit in tram bonam et protulit fructum aliud tricesimum aliud sexagesimum aliud centesimum. In hoc igitur cum iustum perfectumque uirum fuisse demonstrat qd centesimum fructum colligere meruit. Fecerunt quidem filij abrahe qui puteos fodiunt et tamen laboriose omnibus in locis aquam querunt. Qui sunt etiam philistijm qui eos obstruunt et humo replent. Verum enim abrahe maiores iudei licet abrahe prophete filij apli et doctores. Isti puteos fodiunt isti scripturas pscrutantur. isti libros sacros spiritualiter exponunt. isti abiecto uelamine lecture uiuam aquam nobis propinant. Philistijm uero qui cadentes preuolo mere pretantur heretici sunt. iudei et philophi hij enim falsa theorica dorma inebriant et qui hereticis et ebrij pre insanie et falsitatis pondere cadentes non solum alios puteos uerum etiam ipsum quatuor euangeliorum fluenta claudere et obstruere conantur. Et qui in quibusdam noluerunt sentiunt. ideo etiam pro quibusdam puteis non contendisse dicuntur. De federe autem abymelech cum ysaac idipsum intelligamus quod supius expositum de federe eius dem cum abraam. Ut me ad ysaac quoque significet animam sicut supius Abraham. Si Abymelech uero significet carnem quam supius significauit. Veniat igitur abymelech ad ysaac ueniat caro ad animam. audiat quod scriptum est. Pedite pretendentes ad eos faciant fedus conueniant pie. ut iam non carnalem set spiritualem intelligentiam sequentes. bibant aquam de fontibus isti. Quod si fecerint iam ulterius puteos abrahe obstruere non optabunt. Verum quoque et puteos effodere non cessabunt. Quot enim puteos Jeronimus quot augustinus quot ambrosius fodit. ut mito locus ille in quo isti habitauerunt dicitur deliciet bersabee idest puteus sanctus appellatur.

XXVII

Senuit aut ysaac et caligauerunt oculi eius et uidere non poterat. Vocauitque eum filium suum ut ei benedicere. Set consilio rebecce inuenit Jacob odore pellibus inoluentis ne cognoscere ferens pulmentum et panem ad uescendum iuuentus. Quem postqm ysaac tetigit et obsculatus est eique uestimentorum fragrantiam sensit benedicens ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri plenum cui benedixit dns. Det tibi ds de rore celi et pinguedine terre habundantia frumenti uini et olei et seruiant tibi populi et adorent te tribus. esto dominus fratrum tuorum et incurbentur ante te filij matris

de filijs abrahe qui fodiunt puteos et philistijm qui obstruunt et eos replent

de filijs abrahe

de philisteis

eius per ysaac significatur. per abymelech carnem

de consilio rebecce. dato filio suo jacob.

18